ſructuoſe collegi.et hanc doctrinā interno flu
entem nectare velut fauum mellis in diuinis of
ficijs ſpeculari volentibus diuino ſuffultus pre
ſidio propinaui: hanc ſolam apud homines et
ingenti perpeſſo labore mercedem expectans:
vt apud miſericordiſſimum iudicē pro peccatiſ
meis deuotas orationes effundant.

¶ Finis.

Iohan. aloiſius tuſcanus
auditor camere apoſtolice reue
rendiſſimo.D.domino petro car
dinali Tiraſonenſi. Inter oēs li
bros quos hoiem qui ſacris ini
tiat⁹ ſit habere opꝫ: hic mihi Re
uerendiſſime pater videtur eſſe precipuus. Im
mo ceteri vtiles iſte neceſſari⁹. Quippe ex alijs
quid agere debeamus edocemur.ex hoc vero: ⁊
quid illud ſit et qua ratione agere debeamus.
Cum ergo fundamentū ſacri cultus ſit mens et
intentio noſtra: profecto qui ignorat quid agat
fruſtra cultui ſacro ſe ingerit. Caret enim funda
mento ſ. mente et intentione: quarū partes ne
quaꝗ̄ verſantur circa illa que neſcias. Quot ho
minū ſingulis diebus dñicam illā electam ora
tionem. Pater noſter ⁊c. ore annūciāt qui non
aiaduertunt: qꝛ ꝓpe et ſue vocis iudicio ſe cōdē
nant? Quot hominū veſtes ⁊ indumēta ſacerdo
tum induunt: qui cur ea tā multiplicia tā varia
inuenta ſunt: penitus ignorant? Quod ſacerdo
tum ānis innumeris miſſaꝫ celebrauere. Quot
epiſcopoꝝ ānis innumeris conſecrauere. Quot
archiepōꝝ etate diuturna pallio vſi fuere. Quot
deniꝗ antiſtitū oia que paſtoralis officij ſunt:
per longiſſima tempora miniſtrauere: a quibus
ſi roges qua rōe id fecerint illico muſabunt: nec
habebūt quid rñdeāt. Verū eñi vero vt iuriſcō
ſultus illi dicere ſolebat. turpe eſt viro id in quo
quotidie verſatur ignorare. Quare multum et
multuꝫ: tum in ceteris: tum in hoc vno maxime
Guilhelmus duranti publice ſaluti et cōmuni
vtilitati ꝓſpexit et ꝯſuluit: qui vniuerſi ſacri my
ſterij figuras typos et rōes acuratiſſime in hūc
librū ꝯgeſſit: ex quo niſi pigeat laboꝝ: facile diſ
cere poſſum⁹ quid et qua rōne operemur. Adde
iocūditatē: cū in oibus incognitis. tū in his ma
xime que indices pre manib⁹ ſunt: dū ad eoꝝ co
gnitionē vel ſtudio vel caſu ꝑueniſſe cōcipim⁹.
tūc eñi rē ipſam in digitis tenere arbitramur. ⁊
qđ alias difficile vt in memoria tenereť indica
ueramus: nunc facillimum reputamus: et ad me
liora ac maiora: ſublata difficultatis formidine
allicimur et inuitamur. Quid quod nunc tantū
modo et non prius quod legimus quod gerim⁹
quod operamur amamus? Quomodo enim fieri
poteſt vt amemus quod neſcimus: non intelligi
mus: nō cognoſcimus? quod nō oculo vel viſus
vel intellectus intuemur? Magnas ergo grās
Guilhelmo debemus ꝙ in hoc opere cōſcriben
do ipſe q̄ prius vel ſperſa vł abdita erāt repoſue
rit ⁊ patefecerit: vt nos onere leuaret: ipſe ſuade
rit vt nobis curā ⁊ laborem preriperet: ipſe vigi
lauerit vt nos quieſceremuſ. Ego quantū ad me
attinet dudum anteꝗ̄ militie clericali me addu
xiſſem: dum in aduocationis ſeu poſtulationis of
ficio me exercerem: conabar vt oēs ſcirent quā
tum Guilhelmo ob ſpeculum iuris elucubratuꝫ
teneremur. Nunc quādo alia ſtudia me vocant
⁊ ꝓſpicio q̄ ſint in hac militia future partes mee
⁊ quid ſit officij et muneris mei: fateor mee niſi
hic liber foret dubitaturuꝫ ne oino indocilis in
ſcius ⁊ ſecus euaderem. Gallicanum fuit Guil
helmi ingenium: ſed in italia tamē enutritū. qui
nō idcirco minus gratie apud nos ꝗ̄ extra itali
am natus fuerit: ſed plus ꝙ cōſcie etatis factus
in italia viuere: oppiduꝫ ſui nominis in italia re
linquere: ⁊ in italia mori: ac mortuus in loco ita
lie florentiſſimo vrbe Roma iacere elegit ⁊ vo
luit: debet eſſe cōſecutus. Opere precium eſt vt
qđ vnum defunctis exhiberi poteſt: in man⁹ plu
rium tranſeant monumenta ingenij ſui: lauden
tur: legantur: amentur.

¶ Finit rationale diuinorum officiorum: quod
ante mille locis deprauatū: obnixa elucubratio
ne magiſtri Boneti de locatellis bergomenſis
correctum eſt: et Impreſſum per Jacobum mal
lieti. Anno ſalutifere incarnationis. M.cccc.
xcvij. Die. xv. Iullij.

Final del n.º V, con el colofón (ejemplar en la *BPA*).

Biblioteca Digital de Albacete «Tomás Navarro Tomás»